

Band XI., Nr. N5681, Seite 536

Der Edle Lutfried von Helmsheim erlaubt dem Gumpert Gebeler, Bürger in Wimpfen, dass er das Patronatrecht in Obereisesheim seiner Frau Irmengard verpfände.

Ohne Ortsangabe, 1274. Juni 11.

Omnibus hoc scriptum visu vel auditu percipientibus nos Ludefridus nobilis de Helmoteshein salutem et credere subnotatis. Quia rationi consonum est et linea depositit equitatis, ut hii, qui largiente manu dominorum suorum res quascumque possident feodales, nichil in eis ausu temerario presumant alternare, nisi favor eis infeodantium annuat et consensus, notum sit ex hoc, quod Gumpertus civis Wimpinensis dictus Gebeler mediante nobis et consensu nostro Irmingardi uxori sue ius patronatus ecclesie cum redditibus usufructuum decimarum ville superioris dicte Isenshein, in quibus nostre libertatis nobis pertinet dominium conferendi, iure veri pignoris pro LX marcis argenti fideliter et omni fraude retrocedente coram viris probatis et ydoneis obligavit volens eam hoc dono quieta possessione congaudere. Verumtamen si dictus Gumpertus Gebeler vel uxor sua memorata Ir. aliquo mediante temporis intervallo suos heredes utrolibet sibi spectantes in collatione dictorum bonorum voluerint investire aut venditionis vel cuiuscumque donationis tytulo dicta bona in Isenshein sibi in invicem decreverint alienare, nos iterum manu feodali nulla specie mali vel doli mediante nec solario munieris alicuius intercedente bona sepedicta, si quis a nobis ea postulaverit, porrigemus. Hiis ita completis nullus inter nos disceptationis scrupulus sed amicabile discidium patet. Huius donationis et concessus testes sunt: dominus Zürecho de Steten¹ advocatus Wimpinensis, dominus Dietherus senior de Helmestat, dominus Albertus de Ravensperh, dominus Morhardus de Berwangen milites, Rabeno de Erenberc, Wern. dictus Nier, Gerungus in Foro, Volpertus, H. dictus Elewanger, Her. dictus Löbelin, Willehelmus pictor, C. Zophritter, Nizo, H. in Fine, Bur. in Foro, Truhemarus de Mosebach scabini Wimpinenses. Ut autem huius scripti series perpetuo sit inviolabilis, ne emulorum lima valeat demoliri, sigillis nostris eam, mei videlicet Ludefridi de Helmoteshein, domini Zurechonis de Steten advocati Wimpinensis, domini Dietheri de Helmestat senioris militum et civium Wimpinensium volumus roborari.

 Acta sunt hec anno domini MCCLXXIII., ipso die Barnabe apostoli.

¹Schloß Stetten, Künzelsau, KÜN.

II

Der Textabdruck folgt dem Original.

 1) Das erste Siegel ist abgegangen. 2) Das Siegel des Ritters Zürich von Stetten ist schildförmig, aber beschädigt, ca. 62, 50 mm, drei (2 : 1) rechtsgewendete Beile. Umschrift, wie es scheint im linken Obereck beginnend: . . . NIS . DE . . . TEN . 3) Von dem Siegel Diethers von Helmstadt ist nur die Schildfigur, ein Rabe, erhalten. 4) Das runde Siegel der Stadt Wimpfen ist stark beschädigt, es zeigt den Reichsadler mit einem Schlüssel im Schnabel, vgl. zur Umschrift die Beschreibung zu Urkunde Nr. 2170 (WUB, Bd. VII, S. 111).

 Die Urkunde gehört zu den Dokumenten des Klosters Lichtenstern, das im 14. Jahrhundert im Besitz der Kirche in Obereisesheim war.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 498 U 6

Überlieferung und Textkritik:

Original. Auch im Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 173, Bl. 30.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Berwangen Wohnplatz (2017)
 Berwangen, Kirchardt, HN
 Ehrenberg Wohnplatz (1811)
 Ehrenberg, Bad Rappenau, HN
 Helmsheim Wohnplatz (5323)
 Helmsheim, Bruchsal, KA
 Helmstadt Wohnplatz (6675)
 Helmstadt, Helmstadt-Bargen, HD
 Mosbach Wohnplatz (6089)
 Mosbach, MOS
 Obereisesheim Wohnplatz (2107)
 Obereisesheim, Neckarsulm, HN
 Ravensburg Wohnplatz (5464)
 Ravensburg, Sulzfeld, KA
 Schloss Stetten : Kocherstetten, Künzelsau KÜN
 Schloss Stetten Wohnplatz (2456)
 Wimpfen am Berg Wohnplatz (1852)
 Wimpfen am Berg, Bad Wimpfen, HN
 Wimpfen im Tal Wohnplatz (1853)
 Wimpfen im Tal, Bad Wimpfen, HN